



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dissertatio Paraenetico Apologetica In Vitam Mirabilem, & Cœlestes Revelationes Venerabilis Virginis Marinæ De Escobar Vallisoletanae, Ordinis Sanctimonialium S. Brigittæ in Hispania Fundatricis

Tanner, Jan

Neap., 1690

Censura Reverendissimi Domini Doctoris D. Petri de Fælice ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41415

ILLUSTRISS. E REVERENDISS. SIG.

DOm. Ant. Parrino, e Michele Luigi Mutii, supplicando espongono à V.S. Illustrissima, come desiderano stampare un libro intitolato, *Dissertatio Parænetico Apologetica in Vitam mirabilem Virginis D. Marinae de Escobar Vallisoletanae, Authore R.P. Ioanne Tanner Soc. Iesu Theologo*, supplicano per tanto V. S. Ill. restar servita commetterlo alla solita revisione, che l'haveranno à gratia, ut Deus.

Neapoli die 8. Iulii 1690. Fuit provisum coram Eminentissimo Domino Cardinali Pignatello Archiepiscopo Neapolitano, quod Rev. Canonicus D. Petrus de Felice Penitentiarius Major Ecclesiae Cathedralis videat, & in scriptis referat eidem Eminentiss. Domino.

Sebastianus Perissius Vic. Gen.
D. Eligius Caracciolus C. R.

C E N S U R A

Reverendissimi Domini Doctoris D. Petri de Felice Ecclesiae Cathedralis Neapolitanae Canonici, & in eadem Penitentiarii Majoris.

EMINENTISSIME DOMINE.

LUstravi attentè, quemadmodum iussisti, *Dissertationem hanc Parænetico Apologeticam, quam in Venerabilis Virginis Marinae de Escobar mirabilem Vitam à P. Ludovico de Ponte Societatis Iesu editam, scripsit admodum R. P. Ioannes Tanner ejusdem Societatis Theologus, de eaque sic Censeo.* Cùm res ista, in qua de Divinis revelationibus agitur privatae cuipiam personae factis gravissima sit, multisque obnoxia Satanæ illusionibus in Angelum lucis se se identidem transfigurantis,

ut

ut non pauca docent exempla à Theophylo Raynaudo
lib. de Heteroclit. Spiritualibus Sect. 2. puncto 5. annot.
35. congeſta, proviſum à Deo eſt pluribus ad eas di-
ſcernendas indiis, quæ Sancti Viri, divinaque Sapien-
tia Spirituum diſcretionem muniti, latè tradiderunt, quæ-
que omnia ſatis eruditè affert hujus operis Author; ut
inde conficiat, quæ à Deo piæ illi ſæminæ dicuntur re-
velata, diabolicis deceptionibus non patere. Præſens
itaque opus principio e quidem neceſſarium non judi-
co; Cùm ſatis mihi eſſet ad ejus propoſitum demon-
ſtrandum ſola Ludovici de Ponte authoritas, & testi-
monium initio prefixum, Viri ſcilicet apud Hiſpanos,
imo, & univerſum Chriſtianum Orbem notiſſimæ San-
ctitatis, ac ſpeciali, uberrimaque Dei luce perfuſi, quan-
tum nunquam ſatis laudata ejus volumina declarant.
Cenſeo deinde, opus hoc eſſe valde utile, ut potè quod
doctrinam continet omnino ſolidam, ac præclarâ, quæ
poſteſt in ejuſmodi eventibus non parum animarum
Rectores juvare, eamque validiſſimè aptam ad Conci-
liandam Marinæ Revelationibus omnem eã fidem, quæ
haberi poſteſt Citra Suffragiũ Romanæ Eccleſiæ: quod
quidem cùm nondum habeant, mereri certè videntur
digniſſimâ. Proinde mea ſententia eſt; quod, Eminentia
Vestra probante, Typis mandetur. Die 1. Auguſti 1690.
Eminentia Vestræ.

Addiſſimus Servus.

Can. Petrus de Felice Pænitentiaris Major.

Neapoli Die 23. Auguſti 1690.

*Fuit proviſum coram Eminentifs. Domino Card. Pigna-
tello Arch. Neap. quod ſtante ſupradicta relatione Do-
mini Reviſoris imprimatur. Imprimatur.*

Sebastianus Periffius Vic. Gen.

D. Eligius Caracciolus C.R.

EC-